



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959


Quod vniversa mentis nostrę intentio atque propositum, inconsideratione
ac desiderio huius vnus figi debeat 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

302 D. DIONYS. CARTH.

& finis, hoc vnum quod necessarium est ritè censetur tanquam obiectale bonum. Cordis vero mūdicia, vt formalis perfectio, & intrinsecus finis, per quem Deo anima vnitur, adheret & in immenso æternoque bono contenta redditur atque quiescit, segregata à multis, & in vno confixa.

Quod vniuersa mentis nostra intentio, atque propositum, in consideratione ac desiderio huius vnus figi debeat. Articulus IIII.

 Voniam igitur mens humana secundum naturam tam mobilis est, atque instabilis: à contemplatione & amore huius vnus, quod necessarium est, subito cadit, nec in eodiu fixa existit. Propterea id ei optimum est, si in vno stabiliri debet, vt hoc vnum firmiter ac indelebiliter cordi atque affectui suo imprimat, & ad ipsum cuncta, quæ agit & patitur, referat, &

& omne suum exercitium ad ipsum
 coordinet, quatenus dum se anima ab
 hoc vno, quod necessarium est, elon-
 gatam intelligit, aut distrahi sentit,
 intimè doleat, protinusque ad ipsum
 recurrat, & pro viribus in ipso stabili-
 ri festinet, atque in hoc sancto labore
 vniuersum vitæ huius tempus dedu-
 cat. Quoniam quo in hac re vehemen-
 tius proficit, eo melior est, perfectior,
 & futuræ felicitati propinquior. Ita-
 que quotiescunque nos passio aliqua
 turbat, quoties in inflammat, inuidia
 torquet, impatientia agitat, superbia
 effert, gula obnubilat, accidia depri-
 mit, pensamus & doleamus à purita-
 te mentis, quæ sola necessaria est: nos
 elongari ac distrahi, Vnde, ad amorē
 puritatis mentalis animus mox reuo-
 candus est, & ipsius affectu mundiciæ,
 vniuersarum nebulæ passionum pror-
 sus spernendæ sunt, & extirpandæ.
 Præterea has immoderatas passiones
 charitati esse contrarias, eiusque ex-
 pulsivas, palam est. Elucescit quoque,
 quia contemplationes summæ impe-
 diant: & non solum hæ, sed & inutiles
 phantasiæ cogitationesq; inanes, vagæ
 &

*Consilium
 spiritalis
 profectus
 optimum.*

*Quid impe-
 diat contem-
 plationem.*

&

& viles, contemplationem vel interrumpunt, vel auferunt. Itaque nunquam obliuioni tradenda est memoria huius vnus, sed iugiter ad ipsum est conuertendus mentis intuitus: ipsum siquidem est, propter quod venimus. Et ideo semper ardens vitæ monasticæ sectator sibi met, dicat: Ad quid venisti?

*De iugi atque sollicita custodia cordis.
Articulus. V.*

Cgitur cum sit mundicia seu puritas cordis, finale animæ nostræ bonum & summa perfectio: cuius intuitu omnia agenda, sustinendaque sunt, maxime desiderari debet, & pro eius adeptione infatigabiliter laborandum est. Adepta autem tanquam preciosissimus thesaurus, diligentissimè custodienda est. Sicut enim in arte medicinae, sanitas omnium medicamentorum finis est, sine qua nullum medicamentum optatur nec valet, nisi videlicet ad sanitatis reparationem proficiat, sic nullum exercitiorum nostrorum vtile putandum est, si non ad mentis puritatem

*Simili de
cordis purita
te.*